

quis dixi? Homo loqui volui de Deo. Tantus est, talis est, ut nec eum loqui possimus, nec eum tacere debeamus.

**IV.** Gratias tibi ago, Domine, quia quod dico, vel dicere volui, tu scis: tamen de micis mensæ tuæ pavi conservos meos; pasci et tu ac nutri interius quos regenerasti. Ecce multitudo ista quid fuit? « Tenebræ: nunc autem lux in Domino. » Talibus enim Apostolus dicit: « Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino<sup>1</sup>. » O vos, qui baptizati estis, « Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. » Si lux, utique dies: « vocavit enim Deus lucem Diem<sup>2</sup>. » Fuitis tenebræ, fecit vos lucem, fecit vos diem; de vobis cantavimus; « Hic est dies quem fecit Dominus, exultemus, et jucundemur in eo<sup>3</sup>. » Fugite tenebras. Ebrietas ad tenebras pertinet. Nolite discedere sobrii, et redire ebrii; et post meridiem videbimus vos, Spiritus sanctus habitare coepit, non migret: nolite illum excludere de cordibus vestris. Bonus hospes, inanes invenit, implet vos: esurientes invenit, pascit vos; postremo sitientes invenit, inebriat vos. Ipse vos inebriet: Apostolus enim ait: « Nolite inebrari vino, in quo est omnis luxuria. » Et quasi volens nos docere unde inebrari debeamus: « Sed implemini, inquit, Spiritu sancto; cantantes vobismetipsis, hymnis, et psalmis, et canticis spiritualibus, cantantes in cordibus vestris Domino<sup>4</sup>. » Qui lætatur in Domino, et cantat laudes Domino magna exultatione, nonne ebrio similis est? Probo istam ebrietatem: « Quoniam apud te, Deus, fons vitæ est, et torrente voluptatis tuæ potabis eos. » Unde? « Quia apud te, Deus, fons vitæ est, et in lumine tuo videbimus lumen<sup>5</sup>. » Spiritus Dei et potus et lux est. Si invenires fontem in tenebris, lucernam accenderes,

<sup>1</sup> Ephes. v, 8. — <sup>2</sup> Gen. i, 5. — <sup>3</sup> Psal. cxvii, 24. — <sup>4</sup> Ephes. v, 18, 19.  
— <sup>5</sup> Psal. xxxv, 9, 10.

ut pervenires ad eum. Noli accendere lucernam ad lucis fontem: ipse tibi luet, et ad se te ducet. Cum veneris ad bibere, accede et illuminare. « Accedite ad eum, et illuminamini<sup>1</sup>: » nolite recedere, ne contenebremini. Domine Deus, voca, et accedatur ad te: firma, ne recessatur. Fac filios tuos novos, de parvulis senes, sed non de senibus mortuos. In ista enim sapientia senescere licet, mori non licet.

SERMO CCXXVI<sup>2</sup>.

## In die Paschæ, III.

Ad populum et ad infantes.

Sic audistis prædicari Dominum Christum, quia « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum<sup>3</sup>. » Ipse est enim Dominus Christus, qui si non se humiliaret, sed semper sic manere voluisse, homo perisset. Agnoscimus Verbum Deum apud Deum, agnoscimus Patri æqualem unigenitum Filium, agnoscimus lumen de lumine, diem ex die. Ipse est dies, qui fecit diem: a die non factus, sed genitus. Si ergo dies de die, non factus, sed genitus est; quis est dies quem fecit Dominus? Quare dies? Quia lux est. « Et vocavit Deus lucem diem<sup>4</sup>. » Quæramus quem diem fecit Dominus, ut exultemus et jucundemur in eo. In prima conditione mundi legitur, quia « Tenebræ erant super abyss-

<sup>1</sup> Psal. xxxiii, 6. — <sup>2</sup> Alias de Diversis 82. — <sup>3</sup> Joan. i, 1. — <sup>4</sup> Psal. cxvii, 24.

» sum , et Spiritus Dei ferebatur super aquam. Et dixit  
 » Deus : Fiat lux. Et facta est lux. Et divisit Deus inter  
 » lucem et tenebras ; et lucem vocavit Diem, et tenebras  
 » vocavit Noctem<sup>1</sup>. » Ecce dies quem fecit Dominus. Sed  
 numquid ipse est, in quo exultare et jucundari debemus?  
 Est alius dies quem fecit Dominus , quem magis debemus  
 agnoscere , et in eo jucundari et exultare. Quoniam dictum  
 est fidelibus in Christum credentibus : « Vos estis lux  
 » mundi<sup>2</sup>. » Si lux , utique dies : quia lucem vocavit  
 diem. Ferebatur ergo etiam hic hesterno die Dei Spiritus  
 super aquam , et tenebrae erant super abyssum , quando  
 isti Infantes adhuc sua peccata portabant. Quando ergo  
 illis per Spiritum Dei peccata dimissa sunt , tunc dixit  
 Deus : « Fiat lux : et facta est lux. Ecce dies quem fecit  
 » Dominus , exultemus et jucundemur in eo<sup>3</sup>. » Alloquam  
 mur istum diem apostolicis verbis. O dies, quem fecit Do-  
 minus , fuisti aliquando tenebrae : nunc autem lux in Do-  
 mino. « Fuistis , inquit , aliquando tenebrae. » Fuistis ,  
 aut non? Recolite facta vestra , si non fuistis. Respicie  
 conscientias vestras, quibus renuntiasti. « Quia ergo fuis-  
 » tis aliquando tenebrae , nunc autem lux , non in vobis ,  
 » sed in Domino , sicut filii lucis ambulate<sup>4</sup>. » Satis sint  
 vobis pauca ista, quoniam et post laboraturi sumus, et de  
 Sacramentis altaris hodie Infantibus disputandum est.

<sup>1</sup> Gen. i, 2-5. — <sup>2</sup> Matth. v, 14. — <sup>3</sup> Psal. cxvii, 24. — <sup>4</sup> Ephes. v, 8.

SERMO CCXXVII<sup>1</sup>.

*In die Paschæ, IV.*

Ad Infantes, de Sacramentis.

MEMOR sum promissionis meæ. Promiseram enim vobis,  
 qui baptizati estis , Sermonem quo exponerem mensæ Do-  
 minicæ Sacramentum , quod modo etiam videtis , et cu-  
 jus nocte præterita participes facti estis. Debetis scire quid  
 accepistis , quid accepturi estis , quid quotidie accipere  
 debeatis. Panis ille quem videtis in altari, sanctificatus  
 per verbum Dei, corpus est Christi. Calix ille , imo quod  
 habet calix, sanctificatum per verbum Dei , sanguis est  
 Christi. Per ista voluit Dominus Christus commendare  
 corpus et sanguinem suum , quem pro nobis fudit in re-  
 missionem peccatorum. Si bene accepistis , vos estis quod  
 accepistis. Apostolus enim dicit : « Unus panis , unum  
 » corpus , multi sumus<sup>2</sup>. » Sic exposuit Sacramentum  
 mensæ Dominicæ : « Unus panis, unum corpus , multi su-  
 » mus. » Commendatur vobis in isto pane quomodo uni-  
 tatem amare debeatis. Numquid enim panis ille de uno  
 grano factus est? Nonne multa erant tritici grana? Sed  
 antequam ad panem venirent, separata erant: per aquam  
 conjuncta sunt, et post quamdam contritionem. Nisi enim  
 molatur triticum, et per aquam conspergatur , ad istam  
 formam minime venit, quæ panis vocatur. Sic et vos ante

<sup>1</sup> Alias de Diversis 3. — <sup>2</sup> 1 Cor. x, 7.

jejunii humiliatione et exorcismi sacramento quasi molebamini. Accessit Baptismum et aqua ; quasi conspersi es-  
tis, ut ad formam panis veniretis. Sed nondum est panis  
sine igne. Quid ergo significat ignis? Hoc est Chrisma.  
Oleum etenim ignis nostri, Spiritus sancti est sacra-  
mentum. In Actibus Apostolorum advertite, quando legitur.  
Modo incipit liber ipse legi<sup>1</sup>. Hodie coepit liber, qui vo-  
catur Actuum Apostolorum. Qui vult proficere, habet  
unde. Quando convenitis ad Ecclesiam, tollite fabulas va-  
nas : intenti estote ad Scripturas. Codices vestri nos su-  
mus. Attendite ergo, et videte, quia venturus est Pente-  
coste Spiritus sanctus. Et sic veniet : in linguis igneis se  
ostendit. Inspirat enim charitatem, qua ardeamus in  
Deum, et contemnamus mundum, et foenum nostrum  
exuratur, et cor quasi aurum purgetur. Accedit ergo Spi-  
ritus sanctus, post aquam ignis : et efficimini panis, quod  
est corpus Christi. Et ideo unitas quodam modo significa-  
tur. Tenetis sacramenta ordine suo. Primo post oratio-  
nem, admonemini sursum habere cor. Hoc decet membra  
Christi. Si enim membra Christi facti estis, caput vestrum  
ubi est? Membra habent caput. Si caput non præcessisset,  
membra non sequerentur. Quo ivit caput vestrum? Quid  
reddidistis in Symbolo? « Tertia die resurrexit a mortuis,  
» ascendit in celum, sedet ad dexteram Patris. » Ergo  
in celo est caput nostrum. Ideo cum dicitur : « Sursum  
» cor ; » respondetis : « Habemus ad Dominum. » Et ne  
hoc ipsum quod cor habetis sursum ad Dominum, tribuat-  
is viribus vestris, meritis vestris, laboribus vestris, quia  
Dei donum est sursum habere cor, ideo sequitur episco-  
pus, vel presbyter qui offert, et dicit, cum responderit  
populus : « Habemus ad Dominum sursum cor : Gratias  
» agamus Domino Deo nostro, » quia sursum cor habe-

<sup>1</sup> Vide Ser. alias 93 de Diversis.

mus. Gratias agamus, quia nisi donaret, in terra cor ha-  
beremus. Et vos attestamini : « Dignum et justum est »  
dicentes, ut ei gratias agamus qui nos fecit sursum ad  
nostrum caput habere cor. Deinde post sanctificationem  
sacrificii Dei, quia nos ipsos voluit esse sacrificium suum,  
quod demonstratum est, ubi impositum est primum illud,  
sacrificium Dei et nos, id est, signum rei quod sumus: ecce  
ubi est peracta sanctificatio, dicimus Orationem Domini-  
cam, quam accepistis et reddidistis. Post ipsam dicitur :  
« Pax vobiscum : » et osculantur se Christiani in osculo  
sancto. Pacis signum est : sicut ostendunt labia, fiat in  
conscientia. Id est, quomodo labia tua ad labia fratris tui  
accedunt, sic cor tuum a corde ejus non recedat. Magna  
ergo sacramenta, et valde magna. Vultis nosse quomodo  
commendentur? Ait Apostolus : « Qui manducat corpus  
» Christi, aut bibit calicem Domini indigne, reus erit  
» corporis et sanguinis Domini. » Quid est indigne acci-  
pere? Irridenter accipere, contemptibiliter accipere. Non  
tibi videatur vile, quia vides. Quod vides, transit : sed  
quod significatur invisibile, non transit; sed permanet.  
Ecce accipitur, comeditur, consumitur : numquid cor-  
pus Christi consumitur? numquid Ecclesia Christi con-  
sumitur? numquid membra Christi consumuntur? Absit.  
Hic mundantur : ibi coronantur. Manebit ergo quod sig-  
nificantur æternaliter, quanquam transire videatur. Sic  
ergo accipite, ut vos cogitetis, ut unitatem in corde ha-  
beatis, sursum cor semper figatis. Spes vestra non sit in  
terra, sed in celo : fides vestra firma sit in Deum, accep-  
tabilis sit Deo. Quia quod modo hic non videtis, et cre-  
ditis, visuri estis illic, ubi sine fine gaudebitis.

<sup>1</sup> God. Cas. vii. Noli peccare.

SERMO CCXXVIII<sup>1</sup>.*In die Paschæ, V.*

Ad populum et ad Infantes.

I. Post laborem noctis præteritæ, quoniam etsi spiritus promptus est, caro tamen infirma, diu vos tenere sermonem non debo, et tamen sermonem vobis debo. Dies istos, quibus post passionem Domini nostri Deo cantamus Alleluia, festos habemus in lætitia usque ad Pentecosten, quando missus est de coelo promissus Spiritus sanctus. Ex his diebus, septem vel octo qui nunc aguntur, Sacramentis Infantum deputantur. Qui paulo ante vocabantur Competentes, modo vocantur Infantes. Competentes dicebantur, quoniam materna viscera, ut nascerentur, petendo pulsabant: Infantes dicuntur, quia modo nati sunt Christo, qui prius nati fuerant sæculo. In illis est novata<sup>2</sup>, quæ in vobis debet esse firmata: et qui jam fideles estis, non eis exempla, quibus pereant, sed quibus proficiant præbeat. Intendunt enim vos modo nati, quomodo vivatis olim nati. Hoc faciunt qui etiam secundum Adam nascuntur: prius parvuli sunt; post mores majorum cum sentire coeperint, quid imitentur attendunt. Et quoniam quo duxerit major, sequitur minor; optandum est ut bona via major eat, ne sequendo major et

<sup>1</sup> Alias 17 ex Vignerianis. — <sup>2</sup> Cod. Cass. vii: In illis nova vita.

minor pereant. Itaque vos, fratres, qui jam quodam modo per ætatem regenerationis parentes estis, alloquor vos, ac exhortor, ut ita vivatis, ut cum eis qui vos imitantur, gaudeatis, non pereatis. Attendit modo natus nescio quem fidelem ebriosum: timeo ne dicat sibi: Quare ille fidelis est, et tantum bibit? Attendit nescio quem foeneratorem, tristem datorem, truculentum exactorem, et dicit sibi: Faciam et ego. Respondet ei: Jam fidelis es, noli facere<sup>1</sup>; baptizatus es, renatus es, mutata est spes, mutantur mores. Et ille: Quare ille et ille fideles sunt? Nolo dicere alia; quis enim commemoret omnia? Ideo, fratres mei, quando male vivitis, qui jam fideles estis, et de vobis et de istis malam rationem Deo reddetis.

II. Jam ipsos alloquor, ut grana sint in area, ut palam quæ vento circumfertur, non sequantur, cum quæ pereant; sed maneant pondere charitatis, ut perveniant ad regnum immortalitatis. Vos ergo fratres, vos filii, vos novella germina matris Ecclesiæ, obsecro vos per quod accepistis, ut attendatis in eum qui vos vocavit, qui dilxit vos, qui perditos quæsivit vos, qui inventos illuminavit vos, ut non sectemini vias perditorum, in quibus errat nomen fidelium: non enim queritur quid vocentur, sed utrum nomini suo consonent. Si natus est, ubi est nova vita? Si fidelis est, ubi est fides? Audio nomen, agnoscam et rem. Eligite vobis quos imitemini, Deum timentes, Ecclesiam Dei cum timore intrantes, verbum Dei diligenter audientes, memoria retinentes, cogitatione ruminantes, factis implentes, ipsos eligite quos imitemini. Non dicat cor vestrum: Et ubi inveniemus tales? Estote tales, et invenietis tales. Omnis res similis ad similem cohæret: si perditus vixeris, non se tibi junget nisi perditus. Incipe bene vivere, et videbis quanti socii te

<sup>1</sup> Cod. Cass. vii: Noli peccare.

circumdent, de quanta fraternitate gratuleris. Postremo, non invenis quod imiteris? Esto quod alius imitetur.

III. Sermonem ad altare Dei debemus hodie Infantibus de Sacramento altaris. Tractavimus ad eos de sacramento Symboli, quod credere debeant: tractavimus de sacramento Orationis dominicæ, quomodo petant; et de sacramento Fontis et Baptismi<sup>1</sup>. Omnia haec et disputata audierunt, et tradita percepérunt: de Sacramento autem altaris sacri, quod hodie viderunt, nihil adhuc audierunt; hodie illis de hac re Sermo debetur. Propterea hic Sermo brevis esse debet, et propter laborem nostrum, et propter ædificationem illorum.

### SERMO CCXXIX.

*De Sacramentis fidelium, feria II Paschæ,*

#### FRAGMENTUM,

In Bedæ et Flori Collectione repertum, ad 1 Cor. x.

Quia passus est pro nobis, commendavit nobis in isto Sacramento corpus et sanguinem suum; quod etiam fecit et nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus, et per misericordiam ipsius quod accipimus, nos sumus. Recordamini, et vos non fuistis, et creati estis. Ad aream

<sup>1</sup> Cod. Cass. vi: Tractavimus de Sacramento Orationis Dominicæ, quem, et quomodo, et quales debcant invocare, tractavimus de sacramento fontis et Baptismi.

<sup>2</sup> Cog. Cass. vii: Non necesse

Dominicam comportati estis: laboribus boum, id est, annuntiantium Evangelium, triturati estis. Quando Catechumeni differebamini, in horreo servabamini. Nomina vestra dedistis; coepistis moli jejunii et exorcismis. Postea ad aquam venistis, et conspersi estis, et unum facti estis: accidente fervore Spiritus sancti cocti estis: et panis Dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo unum videtis esse quod factum est, sic unum estote vos, diligendo vos, tenendo unam fidem, unam spem, individuam charitatem. Hæretici quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt: quia illi querunt divisionem, cum panis iste indicet unitatem. Sic et vinum in multis racemis fuit, et modo in unum est. Unum est in suavitate calicis, post pressuram torcularis. Et vos post illa jejunia, post labores, post humilitatem et contritionem, jam in nomine Christi tanquam ad calicem Domini venistis: et ibi vos estis in mensa, et ibi vos estis in calice. Nobiscum vos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus: quia simul vivimus.

<sup>3</sup> Cod. Cass. viii: Alias de Tempore 14, 1, 1. — 14, 2, 1. — 14, 3, 1. — 14, 4, 1. — 14, 5, 1. — 14, 6, 1. — 14, 7, 1. — 14, 8, 1. — 14, 9, 1. — 14, 10, 1. — 14, 11, 1. — 14, 12, 1. — 14, 13, 1. — 14, 14, 1. — 14, 15, 1. — 14, 16, 1. — 14, 17, 1. — 14, 18, 1. — 14, 19, 1. — 14, 20, 1. — 14, 21, 1. — 14, 22, 1. — 14, 23, 1. — 14, 24, 1. — 14, 25, 1. — 14, 26, 1. — 14, 27, 1. — 14, 28, 1. — 14, 29, 1. — 14, 30, 1. — 14, 31, 1. — 14, 32, 1. — 14, 33, 1. — 14, 34, 1. — 14, 35, 1. — 14, 36, 1. — 14, 37, 1. — 14, 38, 1. — 14, 39, 1. — 14, 40, 1. — 14, 41, 1. — 14, 42, 1. — 14, 43, 1. — 14, 44, 1. — 14, 45, 1. — 14, 46, 1. — 14, 47, 1. — 14, 48, 1. — 14, 49, 1. — 14, 50, 1. — 14, 51, 1. — 14, 52, 1. — 14, 53, 1. — 14, 54, 1. — 14, 55, 1. — 14, 56, 1. — 14, 57, 1. — 14, 58, 1. — 14, 59, 1. — 14, 60, 1. — 14, 61, 1. — 14, 62, 1. — 14, 63, 1. — 14, 64, 1. — 14, 65, 1. — 14, 66, 1. — 14, 67, 1. — 14, 68, 1. — 14, 69, 1. — 14, 70, 1. — 14, 71, 1. — 14, 72, 1. — 14, 73, 1. — 14, 74, 1. — 14, 75, 1. — 14, 76, 1. — 14, 77, 1. — 14, 78, 1. — 14, 79, 1. — 14, 80, 1. — 14, 81, 1. — 14, 82, 1. — 14, 83, 1. — 14, 84, 1. — 14, 85, 1. — 14, 86, 1. — 14, 87, 1. — 14, 88, 1. — 14, 89, 1. — 14, 90, 1. — 14, 91, 1. — 14, 92, 1. — 14, 93, 1. — 14, 94, 1. — 14, 95, 1. — 14, 96, 1. — 14, 97, 1. — 14, 98, 1. — 14, 99, 1. — 14, 100, 1. — 14, 101, 1. — 14, 102, 1. — 14, 103, 1. — 14, 104, 1. — 14, 105, 1. — 14, 106, 1. — 14, 107, 1. — 14, 108, 1. — 14, 109, 1. — 14, 110, 1. — 14, 111, 1. — 14, 112, 1. — 14, 113, 1. — 14, 114, 1. — 14, 115, 1. — 14, 116, 1. — 14, 117, 1. — 14, 118, 1. — 14, 119, 1. — 14, 120, 1. — 14, 121, 1. — 14, 122, 1. — 14, 123, 1. — 14, 124, 1. — 14, 125, 1. — 14, 126, 1. — 14, 127, 1. — 14, 128, 1. — 14, 129, 1. — 14, 130, 1. — 14, 131, 1. — 14, 132, 1. — 14, 133, 1. — 14, 134, 1. — 14, 135, 1. — 14, 136, 1. — 14, 137, 1. — 14, 138, 1. — 14, 139, 1. — 14, 140, 1. — 14, 141, 1. — 14, 142, 1. — 14, 143, 1. — 14, 144, 1. — 14, 145, 1. — 14, 146, 1. — 14, 147, 1. — 14, 148, 1. — 14, 149, 1. — 14, 150, 1. — 14, 151, 1. — 14, 152, 1. — 14, 153, 1. — 14, 154, 1. — 14, 155, 1. — 14, 156, 1. — 14, 157, 1. — 14, 158, 1. — 14, 159, 1. — 14, 160, 1. — 14, 161, 1. — 14, 162, 1. — 14, 163, 1. — 14, 164, 1. — 14, 165, 1. — 14, 166, 1. — 14, 167, 1. — 14, 168, 1. — 14, 169, 1. — 14, 170, 1. — 14, 171, 1. — 14, 172, 1. — 14, 173, 1. — 14, 174, 1. — 14, 175, 1. — 14, 176, 1. — 14, 177, 1. — 14, 178, 1. — 14, 179, 1. — 14, 180, 1. — 14, 181, 1. — 14, 182, 1. — 14, 183, 1. — 14, 184, 1. — 14, 185, 1. — 14, 186, 1. — 14, 187, 1. — 14, 188, 1. — 14, 189, 1. — 14, 190, 1. — 14, 191, 1. — 14, 192, 1. — 14, 193, 1. — 14, 194, 1. — 14, 195, 1. — 14, 196, 1. — 14, 197, 1. — 14, 198, 1. — 14, 199, 1. — 14, 200, 1. — 14, 201, 1. — 14, 202, 1. — 14, 203, 1. — 14, 204, 1. — 14, 205, 1. — 14, 206, 1. — 14, 207, 1. — 14, 208, 1. — 14, 209, 1. — 14, 210, 1. — 14, 211, 1. — 14, 212, 1. — 14, 213, 1. — 14, 214, 1. — 14, 215, 1. — 14, 216, 1. — 14, 217, 1. — 14, 218, 1. — 14, 219, 1. — 14, 220, 1. — 14, 221, 1. — 14, 222, 1. — 14, 223, 1. — 14, 224, 1. — 14, 225, 1. — 14, 226, 1. — 14, 227, 1. — 14, 228, 1. — 14, 229, 1. — 14, 230, 1. — 14, 231, 1. — 14, 232, 1. — 14, 233, 1. — 14, 234, 1. — 14, 235, 1. — 14, 236, 1. — 14, 237, 1. — 14, 238, 1. — 14, 239, 1. — 14, 240, 1. — 14, 241, 1. — 14, 242, 1. — 14, 243, 1. — 14, 244, 1. — 14, 245, 1. — 14, 246, 1. — 14, 247, 1. — 14, 248, 1. — 14, 249, 1. — 14, 250, 1. — 14, 251, 1. — 14, 252, 1. — 14, 253, 1. — 14, 254, 1. — 14, 255, 1. — 14, 256, 1. — 14, 257, 1. — 14, 258, 1. — 14, 259, 1. — 14, 260, 1. — 14, 261, 1. — 14, 262, 1. — 14, 263, 1. — 14, 264, 1. — 14, 265, 1. — 14, 266, 1. — 14, 267, 1. — 14, 268, 1. — 14, 269, 1. — 14, 270, 1. — 14, 271, 1. — 14, 272, 1. — 14, 273, 1. — 14, 274, 1. — 14, 275, 1. — 14, 276, 1. — 14, 277, 1. — 14, 278, 1. — 14, 279, 1. — 14, 280, 1. — 14, 281, 1. — 14, 282, 1. — 14, 283, 1. — 14, 284, 1. — 14, 285, 1. — 14, 286, 1. — 14, 287, 1. — 14, 288, 1. — 14, 289, 1. — 14, 290, 1. — 14, 291, 1. — 14, 292, 1. — 14, 293, 1. — 14, 294, 1. — 14, 295, 1. — 14, 296, 1. — 14, 297, 1. — 14, 298, 1. — 14, 299, 1. — 14, 300, 1. — 14, 301, 1. — 14, 302, 1. — 14, 303, 1. — 14, 304, 1. — 14, 305, 1. — 14, 306, 1. — 14, 307, 1. — 14, 308, 1. — 14, 309, 1. — 14, 310, 1. — 14, 311, 1. — 14, 312, 1. — 14, 313, 1. — 14, 314, 1. — 14, 315, 1. — 14, 316, 1. — 14, 317, 1. — 14, 318, 1. — 14, 319, 1. — 14, 320, 1. — 14, 321, 1. — 14, 322, 1. — 14, 323, 1. — 14, 324, 1. — 14, 325, 1. — 14, 326, 1. — 14, 327, 1. — 14, 328, 1. — 14, 329, 1. — 14, 330, 1. — 14, 331, 1. — 14, 332, 1. — 14, 333, 1. — 14, 334, 1. — 14, 335, 1. — 14, 336, 1. — 14, 337, 1. — 14, 338, 1. — 14, 339, 1. — 14, 340, 1. — 14, 341, 1. — 14, 342, 1. — 14, 343, 1. — 14, 344, 1. — 14, 345, 1. — 14, 346, 1. — 14, 347, 1. — 14, 348, 1. — 14, 349, 1. — 14, 350, 1. — 14, 351, 1. — 14, 352, 1. — 14, 353, 1. — 14, 354, 1. — 14, 355, 1. — 14, 356, 1. — 14, 357, 1. — 14, 358, 1. — 14, 359, 1. — 14, 360, 1. — 14, 361, 1. — 14, 362, 1. — 14, 363, 1. — 14, 364, 1. — 14, 365, 1. — 14, 366, 1. — 14, 367, 1. — 14, 368, 1. — 14, 369, 1. — 14, 370, 1. — 14, 371, 1. — 14, 372, 1. — 14, 373, 1. — 14, 374, 1. — 14, 375, 1. — 14, 376, 1. — 14, 377, 1. — 14, 378, 1. — 14, 379, 1. — 14, 380, 1. — 14, 381, 1. — 14, 382, 1. — 14, 383, 1. — 14, 384, 1. — 14, 385, 1. — 14, 386, 1. — 14, 387, 1. — 14, 388, 1. — 14, 389, 1. — 14, 390, 1. — 14, 391, 1. — 14, 392, 1. — 14, 393, 1. — 14, 394, 1. — 14, 395, 1. — 14, 396, 1. — 14, 397, 1. — 14, 398, 1. — 14, 399, 1. — 14, 400, 1. — 14, 401, 1. — 14, 402, 1. — 14, 403, 1. — 14, 404, 1. — 14, 405, 1. — 14, 406, 1. — 14, 407, 1. — 14, 408, 1. — 14, 409, 1. — 14, 410, 1. — 14, 411, 1. — 14, 412, 1. — 14, 413, 1. — 14, 414, 1. — 14, 415, 1. — 14, 416, 1. — 14, 417, 1. — 14, 418, 1. — 14, 419, 1. — 14, 420, 1. — 14, 421, 1. — 14, 422, 1. — 14, 423, 1. — 14, 424, 1. — 14, 425, 1. — 14, 426, 1. — 14, 427, 1. — 14, 428, 1. — 14, 429, 1. — 14, 430, 1. — 14, 431, 1. — 14, 432, 1. — 14, 433, 1. — 14, 434, 1. — 14, 435, 1. — 14, 436, 1. — 14, 437, 1. — 14, 438, 1. — 14, 439, 1. — 14, 440, 1. — 14, 441, 1. — 14, 442, 1. — 14, 443, 1. — 14, 444, 1. — 14, 445, 1. — 14, 446, 1. — 14, 447, 1. — 14, 448, 1. — 14, 449, 1. — 14, 450, 1. — 14, 451, 1. — 14, 452, 1. — 14, 453, 1. — 14, 454, 1. — 14, 455, 1. — 14, 456, 1. — 14, 457, 1. — 14, 458, 1. — 14, 459, 1. — 14, 460, 1. — 14, 461, 1. — 14, 462, 1. — 14, 463, 1. — 14, 464, 1. — 14, 465, 1. — 14, 466, 1. — 14, 467, 1. — 14, 468, 1. — 14, 469, 1. — 14, 470, 1. — 14, 471, 1. — 14, 472, 1. — 14, 473, 1. — 14, 474, 1. — 14, 475, 1. — 14, 476, 1. — 14, 477, 1. — 14, 478, 1. — 14, 479, 1. — 14, 480, 1. — 14, 481, 1. — 14, 482, 1. — 14, 483, 1. — 14, 484, 1. — 14, 485, 1. — 14, 486, 1. — 14, 487, 1. — 14, 488, 1. — 14, 489, 1. — 14, 490, 1. — 14, 491, 1. — 14, 492, 1. — 14, 493, 1. — 14, 494, 1. — 14, 495, 1. — 14, 496, 1. — 14, 497, 1. — 14, 498, 1. — 14, 499, 1. — 14, 500, 1. — 14, 501, 1. — 14, 502, 1. — 14, 503, 1. — 14, 504, 1. — 14, 505, 1. — 14, 506, 1. — 14, 507, 1. — 14, 508, 1. — 14, 509, 1. — 14, 510, 1. — 14, 511, 1. — 14, 512, 1. — 14, 513, 1. — 14, 514, 1. — 14, 515, 1. — 14, 516, 1. — 14, 517, 1. — 14, 518, 1. — 14, 519, 1. — 14, 520, 1. — 14, 521, 1. — 14, 522, 1. — 14, 523, 1. — 14, 524, 1. — 14, 525, 1. — 14, 526, 1. — 14, 527, 1. — 14, 528, 1. — 14, 529, 1. — 14, 530, 1. — 14, 531, 1. — 14, 532, 1. — 14, 533, 1. — 14, 534, 1. — 14, 535, 1. — 14, 536, 1. — 14, 537, 1. — 14, 538, 1. — 14, 539, 1. — 14, 540, 1. — 14, 541, 1. — 14, 542, 1. — 14, 543, 1. — 14, 544, 1. — 14, 545, 1. — 14, 546, 1. — 14, 547, 1. — 14, 548, 1. — 14, 549, 1. — 14, 550, 1. — 14, 551, 1. — 14, 552, 1. — 14, 553, 1. — 14, 554, 1. — 14, 555, 1. — 14, 556, 1. — 14, 557, 1. — 14, 558, 1. — 14, 559, 1. — 14, 560, 1. — 14, 561, 1. — 14, 562, 1. — 14, 563, 1. — 14, 564, 1. — 14, 565, 1. — 14, 566, 1. — 14, 567, 1. — 14, 568, 1. — 14, 569, 1. — 14, 570, 1. — 14, 571, 1. — 14, 572, 1. — 14, 573, 1. — 14, 574, 1. — 14, 575, 1. — 14, 576, 1. — 14, 577, 1. — 14, 578, 1. — 14, 579, 1. — 14, 580, 1. — 14, 581, 1. — 14, 582, 1. — 14, 583, 1. — 14, 584, 1. — 14, 585, 1. — 14, 586, 1. — 14, 587, 1. — 14, 588, 1. — 14, 589, 1. — 14, 590, 1. — 14, 591, 1. — 14, 592, 1. — 14, 593, 1. — 14, 594, 1. — 14, 595, 1. — 14, 596, 1. — 14, 597, 1. — 14, 598, 1. — 14, 599, 1. — 14, 600, 1. — 14, 601, 1. — 14, 602, 1. — 14, 603, 1. — 14, 604, 1. — 14, 605, 1. — 14, 606, 1. — 14, 607, 1. — 14, 608, 1. — 14, 609, 1. — 14, 610, 1. — 14, 611, 1. — 14, 612, 1. — 14, 613, 1. — 14, 614, 1. — 14, 615, 1. — 14, 616, 1. — 14, 617, 1. — 14, 618, 1. — 14, 619, 1. — 14, 620, 1. — 14, 621, 1. — 14, 622, 1. — 14, 623, 1. — 14, 624, 1. — 14, 625, 1. — 14, 626, 1. — 14, 627, 1. — 14, 628, 1. — 14, 629, 1. — 14, 630, 1. — 14, 631, 1. — 14, 632, 1. — 14, 633, 1. — 14, 634, 1. — 14, 635, 1. — 14, 636, 1. — 14, 637, 1. — 14, 638, 1. — 14, 639, 1. — 14, 640, 1. — 14, 641, 1. — 14, 642, 1. — 14, 643, 1. — 14, 644, 1. — 14, 645, 1. — 14, 646, 1. — 14, 647, 1. — 14, 648, 1. — 14, 649, 1. — 14, 650, 1. — 14, 651, 1. — 14, 652, 1. — 14, 653, 1. — 14, 654, 1. — 14, 655, 1. — 14, 656, 1. — 14, 657, 1. — 14, 658, 1. — 14, 659, 1. — 14, 660, 1. — 14, 661, 1. — 14, 662, 1. — 14, 663, 1. — 14, 664, 1. — 14, 665, 1. — 14, 666, 1. — 14, 667, 1. — 14, 668, 1. — 14, 669, 1. — 14, 670, 1. — 14, 671, 1. — 14, 672, 1. — 14, 673, 1. — 14, 674, 1. — 14, 675, 1. — 14, 676, 1. — 14, 677, 1. — 14, 678, 1. — 14, 679, 1. — 14, 680, 1. — 14, 681, 1. — 14, 682, 1. — 14, 683, 1. — 14, 684, 1. — 14, 685, 1. — 14, 686, 1. — 14, 687, 1. — 14, 688, 1. — 14, 689, 1. — 14, 690, 1. — 14, 691, 1. — 14, 692, 1. — 14, 693, 1. — 14, 694, 1. — 14, 695, 1. — 14, 696, 1. — 14, 697, 1. — 14, 698, 1. — 14, 699, 1. — 14, 700, 1. — 14, 701, 1. — 14, 702, 1. — 14, 703, 1. — 14, 704, 1. — 14, 705, 1. — 14, 706, 1. — 14, 707, 1. — 14, 708, 1. — 14, 709, 1. — 14, 710, 1. — 14, 711, 1. — 14, 712, 1. — 14, 713, 1. — 14, 714, 1. — 14,

SERMO CCXXX<sup>1</sup>.

*In diebus Paschalibus, I.*

De versu Psalmi cxvii : *Hic est dies, quem fecit Dominus.*

Sicut Domino nostro cantavimus, ita illo adjuvante faciamus. Omnis enim dies a Domino factus est : non tamen sine causa de aliquo præcipue scriptum est : « Hic est dies quem fecit Dominus<sup>2</sup>. » Legimus cum Deus conderet cœlum et terram, quia dixit : « Fiat lux. Et facta est lux. » Et vocavit Deus lucem, Diem ; et tenebras, Noctem<sup>3</sup>. » Sed est alius dies certus nobis et præcipue commendandus, de quo dicit Apostolus : « Sicut in die honeste ambulemus<sup>4</sup>. » Dies iste vulgaris quotidianus, oriente sole et occidente perficitur. Est alius dies, quo fulget verbum Dei in cordibus fidelium, et pellit tenebras, non oculorum, sed morum malorum. Ipsum ergo agnoscamus, in ipso gaudeamus. Audiamus Apostolum dicentem : « Filii enim lucis sumus, et filii diei : non sumus noctis, neque tenebrarum<sup>5</sup>. Sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione : sed induite Dominum Jesum Christum. Et carnis providentiam, ne feceritis in concupiscentiis<sup>6</sup>. » Hoc si facitis, toto corde cantatis : « Hic est dies, quem fecit Dominus. » Quod enim cantatis, vos estis, si bene vivatis. Quam

<sup>1</sup> Alias de Diversis 89. — <sup>2</sup> Psal. cxvi, 24. — <sup>3</sup> Gen. 1, 3-5. — <sup>4</sup> Rom. xii, 13. — <sup>5</sup> 1 Thess. v, 5. — <sup>6</sup> Rom. xiii, 13, 14.

multi per hos dies inebriantur ? Quam multi per hos dies, parum est quia inebriantur, insuper etiam turpiter crudeliterque rixantur ? Tales non cantant : « Hic est dies, quem fecit Dominus. » Respondet eis Dominus : Tenebrae estis : non ego feci vos. Si vultis esse dies, quem fecit Dominus, bene vivite : et habebitis lucem veritatis, quæ nunquam occasum faciet in cordibus vestris.

SERMO CCXXXI<sup>1</sup>.

*In diebus Paschalibus, II.*

De resurrectione Christi secundum Marcum.

I. RESURRECTIO Domini nostri Iesu Christi ex more legitur his diebus ex omnibus libris sancti Evangelii. In hac lectione animadvertisimus, quomodo ipse Discipulos suos prima membra sua, hærentes lateri suo objurgavit Dominus Jesus : quia quem dolebant occisum fuisse, non credebant vivum esse<sup>2</sup>. Patres fidei nondum fideles : magistri, ut crederet totus orbis terrarum quod prædicaturi fuerant, et propter quod fuerant morituri, nondum credebant. Quem viderant mortuos suscitasse, non credebant resurrexisse. Merito ergo objurgabantur : ostendebantur sibi ut innotescerent sibi qui essent per se ipsos, qui futuri essent per illum. Sic etiam Petrus demonstratus est sibi, quando Domini imminentie passione præsumpsit, et veniente ipsa passione titubavit<sup>3</sup>. Vedit se in se, doluit se in se, elevit se in se : conversus est ad eum qui fecerat se.

<sup>1</sup> Alias de Tempore 141. — <sup>2</sup> Marc. xvi, 14. — <sup>3</sup> Matth. xxvii, 32.